FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De plus petitionibus. Rubrica.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

debet explorare quæſitum. id eſt quid actor, vel accuſator velit
dicere. Alij dicunt ꝙ prius debet offerri libellus iudici, vt poſsit
deliberare an velit cōmittere citationem, an nō poſtquā citatus
cōparuit, tunc Iudex debet dare ſibi copiā, & hoc probatur ex
ordine titulorū in C. quia tit. de eden. præcedit tit. de in ius voc.
Sed iſta deliberatio in iudice non eſt neceſſaria: niſi qñ quis pe-
tit citari illū quē non pōt in ius vocare ſine venia vt parentem,
vel patronū. Nam tunc Iudex nō debet cōmittere citationē, niſi
primò videat petitionē, & ſi videt quod intenteṫ actio famoſa,
non debet eam cōmittere, aliâs ſic vt hæc habetur in tit. ff. de in
ius voc. maximè in l. ſed ſi hac. §. pe. vel ſi. Alij dicunt ꝙ non tra
dit iudici, vt deliberaret an debeat committere citationē vel nō:
ſed vt citato mittat copiā petitionis, & ꝙ ſit mittenda facit aut.
qui ſemel. j. quomodo & qñ iud. ibi loquiṫ de copia reſcripti, nō
petitionis. Itē facit l. ſicut j. de præſcrip. xxx. ann. vbi per citatio-
nem interrumpitur præſcriptio: ſed ſi non eſſet miſſa copia: tunc
ſimpliciter neſciret ſuper quo citatus eſt, ergo nō deberet inter-
rumpi præſcriptio. † Breuiter in criminalibus bene debet mitti
copia accuſationis vel inquiſitionis: ſed in ciuilibus nō, & ideo
licet quælibet practica poſsit eſſe bona prima verior, & magis
de mente huius literæ, ſeruandus eſt tamē ſtylus curiæ. † In tex.
ibi [libellus.] Dic ꝙ eſt breuis ſcriptura & clara, continēs inten
tionē agentis & ꝙ debeat eſſe breuis, & nō verboſus patet ex l.
ſi. §. in refutatorijs. j. de tēpo. appel. ꝙ debeat eſſe clara patet in l.
ſi. ſi dei. ff. de iure fiſci. Et quia debet eſſe talis, ex qua reus poſsit
reddi certus: ita ꝙ poſsit deliberare an velit cedere, vel conten-
dere vt l. j. in prin. ff. de eden. Poniṫ autē iſtud vocabulum mul-
tis modis, interdum pro libello conuentionali vt hic, interdum
pro ſupplicatorio: vt ſ. qñ libe. prin. da. ſit. interdum pro delega-
tione iudicis: vt l. nec quicquā. §. vbi decretū. ff. de offic. procon.
interdum pro libello declaratorio, vel pro literis dimiſſorijs, quę
vocantur apoſtoli. vt ff. de libel. dimiſ. per totum poniṫ etiā plu-
ribus modis. vt no. Spec. de libel. conce. §. ij. vel iij. ſed ante iſtam
aut. non erat neceſſaria ſcriptura in ciuilibus: vt d. l. j. ff. de eden.
7 ſed in criminalibus ſic: vt l. libellorum. ff. de accu. † In tex. ibi. [&
exinde præbitis ſportulis.] Iſte text. innuit ꝙ ſtatim porrecto li-
bello ſoluantur ſportulæ: ſed cōtra ꝙ imò tēpore conteſt. li. vt in
aut. de iudi. §. ne autē. oportet ideo pro parte in principio, & pro
parte in fi. temporis latæ ſententiæ. So. ſportulæ ſunt multiplicis
generis quædā quæ danṫ iudicibus delegatis pro eorum ſalario
& iſtæ danṫ ab vtraq; parte ſecundū formā prædictā quædam
quæ danṫ à ſolo actore quando conſueuit ſolui tantū pro libra
de contentis in petitione, & illud applicatur fiſco, & de illis pōt
loquiṫ iſte tex. quia ſoluuntur ſtatim porrecto libello quædā quę
ſoluuntur executoribus & illę ſoluuntur à citato dumtaxat tem
pore quo citat ſecundùm longitudinē itineris, & ſi ipſum non
ſolueret, poſſet ipſum expignorare de his loquiṫ l. omnes. §. exe-
cutores. de epiſc. & cle. de materia iſtarum ſportularum vide gl.
plenam inſtit. de actio. §. tripli. & in aut. de iudi. §. nullo quidem.
In tex. ibi. [& data fideiuſsiōe.] ſupple de iudicio ſiſti. ſi citatus
8 non poſsidet immobilia: aliàs non eſſet danda. † In tex. glo. quæ
ſemper allegaṫ ꝙ lex noua ſimpliciter & indiſtinctè loquens de
bet intelligi & diſtingui per l. veterē: ſi congruè fieri poteſt per l.
nō eſt nouū. ff. de lega. per id quod nota gl. j. de iure delibe. l. fi. §.
in computatione, in fi. glo. mag. Et debet eſſe fideiuſſor idoneus:
vt l. ſi. ff. de in ius vocan. Et tunc dicitur idoneus, quando poſsi-
det immobilia. vt not. glo. in corpo. vnde ſumitur iſta aut. Et qñ
9 non habet priuilegium fori. vt ſcholaris [a]. qui non eſſet idoneus:
vt l. ſi. ff. ſi quis in ius voca. non ie. & facilitate conueniendi: vt
no. gl. in d. l. ij. in prin. ff. de in ius vocan. Nec ſufficerent pignora
quia eſt ſatiſdatio prætoria, ſ. primo à prætore inuēta, quę requi-
rit perſonas, non pignora: quod dic vt l. prætoriæ. ff. de ꝑto. ſtip.
per Bar. in l. j. de in ius vocando & hic in gl. † In tex. ibi. [xx. die-
rum gaudeat inducijs.] hoc eſt ſi vult reus, aliàs poſſet ſtatim re
ſpondere libello: quia ſui fauore datur iſta dilatio deliberatoria:
vt no. Cy. j. de dila. l. j. Et ſi fuiſſet ſibi miſſa copia libelli in citato
rio, & tranſiuiſſent xx. dies, non daretur alius terminus ſecundū
Cy. ibidem. talis autē dilatio deliberatoria nō daretur actori: qui
debuit venire inſtructus. vt j. de dila. l. ſi quādo. In tex. ibi. [gau-
deat.] non dicit ꝙ Iudex det, & ſic patet ꝙ iſta dilatio datur à l.
ſine miniſterio iudicis, & ſic Iudex non poſſet ipſam abbreuia-
re inuito reo, vel elongare inuito actore, ſecus quando cum mi-
niſterio iudicis. hoc tamen dic vt plenè no. a
10 per Bar. in l. ij. ff. de re iud. † Et not. glo. quæ
incipit. [ſcilicet ad plus.] in fi. quæ ſemper
allegatur quòd iudex nō poteſt abbreuia-
re vel elōgare tempus x. dierum datum ad b
appellandum nec etiā in caſu datum ad ap
pellationem proſequēdam, quid autem de
partibus, an poſsinṫ dic vt dixi in l. prope-
randum. in prin. per glo. Et loquitur in ciui
11 libus: † ſed in criminalibus nō datur tēpus ad deliberandum. qa
cum interrogatur de facto, debet eſſe certus: ideo ſtatim debet
reſpōdere accuſationi, vel inquiſitioni. In tex. ibi. [vel recuſet.]
innuit iſte tex. ꝙ trāſacto tēpore dato ad deliberādum nō poſsit
iudex recuſari. Contrariū tenet Cy. in l. j. j. de dila. vſq; ad cōteſt.
li. per l. apertiſsimi. ſ. de iudi. ſupple niſi prius in iudicē cōſenſiſ-
ſet. vt proponēdo alias exceptiones, & petēdo ſuper illis pronū-
tiari per l. ſed & ſi ſuſceperit. in prin. ff. de iud. nec iſte tex. contra
dicit quia licet poſsit petere durante dilatione, non dicit quòd
12 poſtea non poſsit. † In tex. ibi. [petierit.] Not. quòd iudex quem
quis petijt dari, recuſari nō pōt. ſed bene poteſt appellari ab eius
ſentētia. vt l. ex conſenſu. ff. de appel. Sic & teſtem quē quis pro-
duxit non poteſt reprobare reſpectu perſonæ, ꝙ ſit inhabilis ad
teſtificandum: ſed pōt bene impugnare eius dictū vt j. de teſti. l.
13 ſi quis teſtibus. & no. Inno. de excep. c. cum venerabilis. † In tex.
ibi. [deniq; præſens interrogetur.] Not. ſecundùm Bal. ꝙ iudex
non debet compellere reum ad reſpondendum libello: niſi con-
ſtet ſibi ꝙ tranſiuerit tempus datum ad deliberandum & ſi con
14 trarium faceret, nō valeret lit. conteſt. † Circa iſtam materiam &
pro declaratione gloſſ. hic poſitarum, quæ ſunt breues, vide per
gl. pleniores & lōgiores in corpore vnde ſumitur §. ſancimus &
§. ſuſcepto. & vide vltra quadraginta caſus in quibus non eſt ne
ceſſarius libellus qui no. in Spec. de libel. cōce. §. nunc dicendū.
15 qui etiam dicit in §. j. † ꝙ in concep. libelli grande eminet pericu
lum quia eſt fundamentum totius iudicij & ꝙ pauci reperiun-
tur qui vario non ducātur errore. Ideo ſemper debet recurri ad
valentiſsimum aduocatum in cauſis magnis tanguntur etiam
per Cy. hic quædam ſatis leuia. Et an poſsit renūtiari dationi li-
belli, & alijs qui ſunt de ordine iudiciorum, vide in c. de cauſis.
de offi. deleg. in glo. & per doc. in cle. ſæpe. de ver. ſigni.

a ¶ Vt ſcholaris. Adde aut. habita & ibi diffusè p Bartholomeū de bologninis. C. ne fili⁹ pro patre.

b ¶ Cōtra vſurarios. Adde diffusè p doct. in c. quāquā. de cēſi. lib. vj. & per doct. in cle. præſenti. eo. titu.

De plus petitionibus. Rubrica.

2 *¶ Vſurarij qui exigunt promiſsionem de duplo ueræ ſortis, & poſtea totum petunt ꝙ debeant cadere etiam à uera ſorte: probato ꝙ ſit de duplo ueræ ſortis.*

3 *Petens plus debito quando puniatur. ut hic.*

LEX VNICA.

1 ODioſas. † Qui per dolum cautionem pluris
exigit, & plus petit litem conte. de-
bitum perdit niſi tranſactio & ſecūda cautio in-
2 teruenerit. h. d. & eſt no. l. ſecundū Bart. † Et not.
b contra vſurarios [b] qui exigunt promiſsionem de
duplo veræ ſortis, & poſtea totum petūt. vt debeant cadere etiā
à vera ſorte hoc probato ꝙ ſit de duplo veræ ſortis qđ perpetuò
tene menti. In tex. ibi. [nullo eum diſpendio prægrauari.] ſubau
di de quo infrà, ſ. vt cadat à toto debito bene tamen patitur pœ-
nam plus petentis per dolum quæ eſt pœna tripli expenſarum,
vt inſti. de act. §. tripli. In tex. ibi. [exordiū.] ſcilicet litem conte.
3 vt l. præcedenti. † In tex. ibi. [tranſactionibus.] puta quia nō po-
tuit probare reus ꝙ cautio eſſet de pluri quā debereṫ, ideo tranſ-
egit pro certa quātitate tunc pōt probare ꝙ vult agere ad pœnā
certè non poteſt. quia per tranſact. deciſus eſt ille arti. & idem ſi
faceret iteratam confeſsionem facit j. de agri. & cenſi. l. cum ſci-
mus. li. xj. & quod ibi no. Plura ergo requiruṫ ad hoc vt habeat
locum pœna de qua hic. Primò quia per dolum quis exigit cau
tionem de pluri. Secundò ꝙ eam petierit. Tertiò ꝙ petierit per
dolum. Quartò ꝙ perſeuerauerit vſq; ad lit. conte. ſi autem non
exigit cautionem de pluri, tamen plus petijt per dolum: punitur
in triplo expenſarum. vt in eo. §. tripli. Item ſi exegit cautionem
per dolum, non tñ petijt, non punitur ciuiliter ſed criminaliter
crimine ſtellionatus ſi nō cadit in aliud ſpeciale delictū. Si verò
non fuit in dolo, tunc etiam ſi exigit & petijt, non punitur ciuili
ter vel criminaliter, & hoc voluit gl. ff. de condi. fur. l. ſi ſeruus. §.

a ¶Poſt terminũ. Adde Bar. in l. ante ſententiã. ff. de appel. & bar. in l. qui vltra. ff. de pœnis.
b ¶Multiplex dilatio Adde Car. zaba. in c. præterea. in j. q. de dilatio.
c ¶Verbũ ꝓuincia. ad de tex. glo. & doc. in c. ius quiritũ. j. diſt.

Bone. In dubio gl. fi. hic in fi. videtur tenere ꝙ eoipſo præſumatur fuiſſe in dolo, qđ plus petijt. ſed per omnes doc. reprobatur. imò requiritur ꝙ dolus probetur vt l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Iſto ergo caſu quãdo plus petijt ſine dolo: ſed nõ probat niſi de parte. vt petij. x. & probaui. de. v. an. poſsim obtinere ſententiam in. v. videtur quod nõ. qa non fuit fuit lis cõte. in. v. ſed in. x. Cõtrariũ determinat Cy. in l. j. §. ti. j. in vl. q. quia petit x. cenſetur etiam petijſſe. v. quod patet. quare vt abſoluatur reus ſimpliciter, nec. x. nec. v. poſſunt ab eo peti. vt in l. ſi quis cũ totũ. ff. de excep. rei iudi. ꝙ nõ eſſet ſi non viderentur petita. et vide ꝙ no. Bar. ĩ l. ſi qs ducẽtia. §. vtrũ. ff. de reb. dub.

De dilationibus. *Rubrica.*

2 *In dilatione data ad probandum poſſunt produci teſtes, & etiam inſtrumenta.*
Teſtes qui in termino dato ad probandum fuerunt producti, & iurauerunt, poterunt poſt terminum examinari: niſi fuerit datus ad probandum & probatum habẽdum.
3 *Dilatio quomodo ſit multiplex?*

Quia poſt litem cõte. peruenitur ad proba. in qbus dicunt cõ
ſiſtere media cauſæ. vt in auth. ad hæc §. de iu. non autẽ ante litẽ.
conte. ſuper negotio. vt extrà vt lit. non conteſt. per totum & ad
probandum dantur. dila. ideo poſt lit. conte. ſubijcitur iſte titu.
1 † Notandum tamen eſt ꝙ probationes poſsint fieri etiã dilatio
ne nõ data. vt infra l. ſi qñ & l. cũ à nobis. & in Spe. eo. ti. §. vidẽ
dũ. ver. vtrum valeant. & in l. in crimine. ff. de adul. & ibi tangi
tur, per Bar. Si tñ non fiant. & dilatio fuerit data ad probãdum,
non dicitur cognitum de cauſa. ideo ſententia diffinitiua lata nõ
valeret in qua requiritur cauſæ cognitio, & plena deliberatio. vt
§. de iudi. l. iudices. & per Bar. in l. prolatam. ante fi. infra de ſen.
ſed bene poſſet ferri abſolutoria ab obſeruatione iudicij. l. prope
2 randum. §. & ſi quidem. §. de iudi. † Et no. quòd in dilatione da
ta ad probandum poſſunt produci teſtes, & etiam inſtrumenta
de vi verborum. cum probatio fiat tam per teſtes quàm ꝑ inſtru
menta. ſi tamen non fuerint ante producta inſtrumenta poſſunt
etiam produci poſt. vt no. in Spe. eo. ti. §. videndũ. verſi. qd ſi da
ta. ſed teſtes non poſſunt produci lapſa dilatone. nec etiã capitu
la, quibus teneatur pars rñdere. vt eo. §. ver. Itẽ qd ſi datus. & in
curia Romana, & in multis alijs etiã infra terminũ datũ ad pro
bandum non producuntur inſtrumenta: quia ſolet dari termi
nus per ſe ad producendũ iura, vel inſtrumenta. ſed ſi nõ appare
ret de alio ſtilo, habet locum ꝙ §. dixi. ſufficit autem infra termi
num datum ad probandum producere capitula, & facere teſtes
iurare parte citata, ſi ante vltimam diem termini producantur.
vt infra de teſti. l. ſi quando. ſecus ſi vltima die termini quæ in
terpellat vtrãq; partem. iuxta not. per Bar. in l. item illa. ff. de cõ
a ſti. pecu. Poſt terminũ [a] verò poſſunt teſtes examinari. vt plenè
no. per Bar. in l. damni. §. ſabini. de dam. infect. & per glo. in cle.
vnica. de offi. leg. niſi fuerit datus ad probandum, & probatum
habendum. quia de ſtylo & conſuetudine eſt quòd infra termi
3 num etiam examinentur. vt aliquid operentur illa verba. † Eſt
b autem multiplex dilatio. [b] ſecundùm Iac. de are. vt refert Cy. in
l. j. iſtius ti. quia quædam eſt deliberatoria. & iſta datur ante litẽ
conteſt. ad reſpondendum libello. vt in auth. offeratur. §. de litis
conte. vel interrogatorijs quæ fiunt ad præparationẽ iudicij. vt
ff. de inter. act. l. qui interrogatur. Et etiam poſt litem conteſt. ad
reſpõdendũ capitulis & poſitionibus cõtinẽtibus actũ alienũ.
vt l. iuſiur. & ad pecunias in prin. ff. de iureiur. ſecus ſi proprium
actum contineant in quo non cadit ignorantia. vt l. quanquàm.
ff. ad velle. niſi ſit de longinquo. vt l. peregre. in prin. ff. de acqui.
poſſ. vel multum intricatum. l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. & no.
per Bar. in. l. ſi res obligata. de leg. j. Quædam eſt dilatio proba
toria. & de hac loquitur. l. j. tit. & l. fi. ff. de ferijs. Quædam allega
toria. puta ad proponendas exceptiones dilatorias, vel perẽpto
rias. vt in c. paſtoralis. de excep. & in auth. iubemus. §. de iudi. ſe
cundũ vnum intellectũ. Quædam expectatoria. quæ datur ab
ſenti citato ad comparendum. de qua in l. ad peremptorium. cũ
ſeq. ff. de iudi. Quædã dilatio eſt iudicatoria. quæ datur ad iudic.
ſoluendum. & de iſta loquitur. l. fi. infra de vſur. rei iu. & oẽs iſtę
intelliguntur peremptoriæ etiã ſi nõ dicat. excepta dilatiõe ex
pectatoria, quæ non dicitur niſi dicatur. vel. niſi ſit trina. qa tunc
habet vim peremptorij, vt patet in d. l. ad peremptoriũ. licet qui
dam dicant ꝙ omnis dilatio quæ fit poſt lit. conteſt. dicitur per
emptoria, ſecus ſi ante. ſed Specu. dicit quòd non meminit ſe le
giſſe in. d. §. ſciendum. poſt princi. Et adde quòd dilationũ mate
ria amputanda eſt vt l. ij. infra de temp. appel. ne lites ſcilicet ꝑ
telentur. vt l. properandum.

2 *Iudex non poteſt ad diffinitiuam procedere niſi cauſa plenè cognita, uel inſtructa.*
3 *Dilatio ad probandum non debet dari niſi petenti, & quando etiam ex officio nõ petẽti.*
4 *Verbum prouincia, qualiter ſumatur?*
5 *Iudex an poſsit moderari tempus dilationis? & uide numero. 8.*
6 *Dilatio intelligitur peremptoria licet dictum non fuerit.*
Dilatio ſecunda ſi detur ſine cauſæ cognitione, an ualeant probationes factæ infra illã?
7 *Quid in criminalibus?*
8 *Quid ſi ſtatutum diceret ſimpliciter dandam ſecundam uel tertiam dilationem.*

LEX. I.

1 QVoniam. † Iudex ad probandum debet dare dilatiões moderatas ſecũ
dũ diuerſitates locorum: & ſemel tantũ, non am
plius h. d. iſta. l. no. ſecũdũ Bar. & primò ponit di
ctũ: vſq; ibi. [qđ hac ratione.] ſecũdo illud decla
rat. vſq; ibi. [quod ita.] tertiò illud limita & reſtringit In prima
parte. ibi. [vel perſonarum.] puta teſtium. ſecũdũ verò intellectũ
2 quia loquitur de perſonis neceſſarijs ad probationẽ fiendam † In
tex. ibi. [neceſsitate.] quia iudex non põt ad diffinitiuã procedere
niſi cauſa plenè cognita, vel inſtructa. vt l. Iudices. §. de iud. ergo
neceſſe habet dilationes dare ad producendũ teſtes & inſtrumẽ
ta. ex quib. cauſa inſtruatur. vt l. notionem. §. inſtrumẽtorũ. ff. de
verb. ſig. & patet ex tex. ſequenti. in verbo [inſtructiõis exhibẽ
3 dę.] In tex. ibi. [poſtulatũ.] † No. ꝙ dilatio ad probãdũ nõ debet
dari niſi petenti. dicit Bar. ꝙ etiam non petenti ex officio poteſt
Iudex dare, quando videt inſtantiam debere cito perire per l. ꝓ
perandũ. poſt princi. ibi. nullus tam audax inueniẽ &c. Et remit
tit ad no. per eũ in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infec.
4 † In ſecũda parte. l. ibi [vt ſi ex ea ꝓuincia.] Qualiter ſumatur hoc
c verbũ ꝓuincia [c] dic vt no. per Cy. in l. fi. infra de præſcript. long.
tẽpo. Nam hodie quodlibet territorium alicuius ciuitatis vel do
minationis habetur pro vna prouincia. vt Florentia cũ ſuo ter
ritorio. vt no. de iud. l. fi. Et de iure canonico. vbi fit de hoc mẽtio
5 dic vt in c. corã de electio. per gl. † In tex. ibi. [ex continẽtibus ꝓ
uincijs.] ſupple vel nõ cõtinentibus. dũ tamen citramarinis. & ſi
nõ daret perfectam doctrinã. & procedit iſta lex de iure com
muni. quo durat inſtantia per terminũ. & ſic bñ poſſunt cadere
tam longæ dilationes. Sed ſecundũ ſtatuta ciuitatũ, quæ dãt mi
nus tempus: erit in arbitrio iudicis moderare tempus dilationis
6 niſi per ſtatutũ aliud diſponatur. † In tertia parte. ibi. [qđ ita cõ
ſtitutũ.] illud ꝙ dictum eſt in prin. l. ꝙ Iudex poſsit dare dilatio
nes: ad ꝓbãdũ. nõ credãt iudices cõceſſum eſſe in libero arbitrio
ipſorũ. vt dẽt quoties voluerint: ſed ſemel tantũ. & ſic intelligi
dilatio peremptoria. licet dictum non fuerit. Et effectus eſt vt la
pſa dilatione amplius non audiatur, volẽs probare: vel etiam de
nouo capitulare ſuper eo ſuper quo data fuit dilatio, vt exto
queat confeſsionem partis: quæ eſt ſpecies probationis. ad hoc
infra de non nume. pec. l. in contractibus. §. illo. Si ergo Iudex ſi
ne cauſæ cognitione dedit ſecundam dilationem, quam ex offi
cio non debeat dare: probationes factæ infra illã nihil valebunt
ſi prima dilatio fuit perfecta. aliàs ſecus: vt infra eod. l. ſiue pars.
Nam ſi dedit quinque dies, cum deberet dare decem ex forma
ſtatuti, poteſt ſine alio impedimento contingente in prima da
in ſecunda dilationem aliorum quinque dierum ſecundum In
nocen. in c. vltra tertiam. de teſti. & Barto. hic. ex cauſa vel
ſi fuit impeditus in prima dilatione, etiam perfectè data, & do
cuit de impedimento, poſſet dari tertia. & ſic plures dilationes
cum plena cauſæ cognitione ſuper dicto impedimento vt l. au
tione. ff. eodem. titu. Sed in prima dilatione non requiritur tam
magna cauſæ cognitio; ſed ſufficit quòd appareat non calũnio
sè peti. & quòd ad cauſam faciant teſtes, vel inſtrumenta, quos
vel quæ vult producere. & quòd petatur dilatio congrua ſecun
dum diſtantiam locorum. & ideo videtur quòd prima poſſit da
ri à iudice non ſedente pro tribunali. argu. in l. voluit. ff. de interro. actio. ſecus in ſecunda vel tertia. & ita intelligatur. l. à procedẽte. j. eo. & prædicta in ciuilibus.
7 dẽte. j. eo. & prædicta in ciuilibus. † Sed in criminalibus, ſiue per

cuniarijs